

locorum fuerit publica, transgressor extiterit, tamdiu ab ingressu Ecclesie arceatur, donec pro transgressione huiusmodi satisfecerit competent. Hanc Lateranensis Concilii fandi innotavit, & executioni mandari iussit Beatus Pontifex S. Pius V. Constitutione, que incipit, *Supra gremio* anno 1566. prohibens Medicis ne ultra tres dies infirmis in lecto iacentes visitare, & curare pergant, nisi peccata sua, secundum Romanæ Ecclesie ritum, confessi fuerint, sub penis Concilii Lateranensis Decreto expressis ipso facto incurrentis, adjecta contra transgressores infamie notis, & gradus privatione.

Cave præterea, ne aliquid unquam infirmis pro recuperanda, vel tuenda corporis valetudine fusesas, quod animæ salutis obesse possit. Hoc enim consilio tibi ipsi animæ perniciem crederes. Ceterum (inquit Conc. Lateranense mox laudatum) cum anima sit multo pretiosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis Medicorum pro corporali salute aliqui agroti fundent, quod in periculum animæ convertatur.

Ex mortis curam intellige, quam lugendus sit ægræ immo mortis animæ status, quantum studiis curanda sit salus illius æternæ. Medicis, curæ te ipsum.

In morborum medicolorum cura, Doctorum consilium adhibe, contentiones fugæ, salubriora consilia præpone, & inanis gloriæ studio, nimioque propriæ sententiæ, & rationis amore, ne vitam infirmi periculo exponas. Opinione minus probabilium, neglecta probabiliora, tibi sequi non licet experimenti gratiæ. Studio, & lectioni melliorum Auctorum diligenter incumbere. Monumentum sudi Castodori Libro 6. Variarum, Formula 19. Medici (inquit) libris 10. leguntur antiquis. Nullus iustus assidue legit, quamvis de humana salute tractaverit. Deponite mendicantis arces, noxias, agrorantium contentiones, ut cum vobis non vultis credere, inventa vestra invicem videamini dissipare. Omnis prudens consilium querit: dum ille studiosior agnoscitur, quo causis frequentis interrogatione monstratur. In ipsiis aris huius inibiis quodam Sacerdotis genere Sacramenta vos consecrant. Doctoribus enim vestris promissis obsequium, & amare puritatem. Sic vobis liberum non est sponte desinquere quibus ante momenta scientia animas imposte obligare. Et ideo diligentius exquirite, qua curæ sanctorum, corroborentur imbecilles, homicidii crimen est in hominis salute peccare. Vale.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XVIII.

Superior Regulari Viro Religioso sibi subito permissero non debet, ut executionem testamenti suscipiat, quod eam clausulam habet, ut dicitur Executor decem millia numeratione ex hereditate delibata accipiat, conferaturque in usus, quos ipsi fecerit Testatrix significavit.

R. P. ORDINIS S. PRIORI.

Uamvis Religiosi Viri non minus quam Clerici secularis nominari possint executores testamentorum, et consistat ex cap. Tua nobis, Extr. De Testamentis, & ex Clementina Religiosi, eodem Tit. illud tamen non sine Superioris sui Regularis licentia suscipere non possunt, ut ex eadem Clementina V. Constitutione compertum est. Hoc postea, quæris, quomodo gerere te debeas in eo, quod mihi exponis, negotio. Religiosus Sacerdos regimini tuo subditus, a Vidua nobili, & divite cui a Confessionibus erat, cuius in extremis positæ conscientiam moderatus est, nominatus fuit executor testamenti ab illa conditi, cum ea clausula, ut decem millia numerorum ex hereditate delibata accipiat conferaturque in usus, quos ipsi secreto testatrix significavit. Dubitas porro, utrum permittere debeas Religioso tibi subdito, ut huius executionem testamenti suscipiat.

Auctor tibi sum, ut ab huiusmodi onere suscipiendo ipsum prohibeas, quia ex dispositione Testatrix mox explicata præsumpto tacite fidei in fraudem legum assumptæ oritur; ut Jurisperiti docent. Collationis etiam immo & avaritiæ suspicio adversus Religiosum virum nascetur, quod Testamentum forte suggesserit, & decem millia numerorum, quorum ipsi credita dispensatio est, secundum voluntatem nobilibus Testatrix eidem Religioso secreto significatam, vel retinere veli contra votum paupertatis, vel certe Conventui suo vindicare. Quamobrem si causa ad forum exteriori forte defertur, veteris ne caducum pronuntietur testamentum, & fugillenter Religiosi viri quasi hereditatem succiperet, & qui executionis Testamentorum sibi demandari curant in fraudem legum, & hæredum, quod vergeret in Status Monastici dedecus: quemadmodum enim potest lege, vel consuetudine Municipali statuente, ut maritus non possit aliquid relinquere uxori, non valet legatum factum pro anima Testatoris distribuendum ab uxore, ne fiat fraus legis, vel consuetudini, ut cenfer Joannes Andreas, alique Jurisperiti: ita cum Religiosis Ecclesiasticis legibus aliquid proprium habere prohibeatur, non valet legatum ab ipso di-

tribuendum iuxta mentem secretam Testatoris; vel certe ad eum tam vehementer suspicio, ut Judices moveant ad interdicens dicitur Religiosum officio executoris.

Accedit, quod Religiosi viri, etiam exempti, qui executionem cuiuslibet ultimæ voluntatis suscipiunt, etiam Prælationis funguntur Officio, locorum Ordinaris debitam reddere, ipsique Ordinarii ab eisdem abique dolo, fraude, seu negligentia, de susceptæ executionis officio tenentur exigere rationem, illos, quos circa id deliquisse repererint, in aliorum exemplum pœna debita, quocumque non obtulente privilegio, puniri, ut statuit Clementina, Religiosi. Tenentur itaque respondere Episcopo rationem exigenti: revelare cui distribuenda, vel conferenda sint legata secundum voluntatem Testatoris ipsi secreto significatam: rationes reddere, affirmationem suam juramento confirmare, si jubeat Episcopus: alioqui executorum officio iure interdicens, ut respondit sacra Congregatio Concilii Trid. Interpres litteris datis ad Cardinalem Botromæum Archiepiscopum Mediolanensem, cum similis casus Mediolani contigerit; sed quod suo tempore factum refert Egnolus in cap. Tua nobis, Extr. De Testamentis. Cave ergo ne, si Religiosus tuus onus Executoris Testamenti suscipiat, te permittente, suscipiat, in laqueos incidat ex quibus extricare se non possit. Vale, mei in Sacrificio Pretii nostri ad Altare Domini memor.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XIX.

Alias 79. que autem 29. erat, nunc 36.

Abbatissa lethali morbo decumbens refidens pensioni sua vitalitæ fructus, etiam ad pias causas, legare non potest: nec vasa argentea, gemmas, varium suppellectilem, libros nepti sua ejusdem Monasterii Moniali donare.

VIRO RELIGIOSO ***

Uam pro amicitia erga me tuæ iure vehementer urges responsum ad Questiones a te propositas, pauca expedio. Rogas, utrum Abbatissa lethali morbo decumbens, quæ tria millia numerorum ex vitalitæ pensione sua, patentumque donis reditua habet, conferre possit Monasterio suo fundationis titulo ad piam causam, ut scilicet lampas coram sanctissimo Sacramento in Ecclesia exteriori, sive Sanctorio jugiter accensa maneat, præter eam, quæ hac usque in Choro Sanctimonialium ardere consuevit.

Secundo, Utrum constitueret possit numerum Missarum pro animæ suæ requie post obitum suum celebrandam? Tertio, Utrum certo pauperum numero indumenta legare possit.

Quarto, Utrum libros nepti suæ in eodem Monasterio Sanctimoniali profectæ donare possit, quorum illi jam permissum usum: cum hæc in Abbatisa consuetudo viget, ut Sanctimoniales confanguineæ, vel amicæ libris huiusmodi cum Abbatisæ licentia compariter communiter utantur, inscriptis fororum duntaxat, vel amicæ, ac nepis, ut duntaxat amicorum nominibus; utque alterata obeunte, remaneant alteri?

Quinto, Utrum eadem Abbatissa difcos, aut crateres argenteos, horologium aëthere factum, atque pretiosum, tele subtilioris centum ulnis, varimque suppellectilem sibi personam (quæ omnia non ex Monasterio reddidit, sed ex vitalitæ pensionis sue, quam habet a familia nobili, & præditæ, ut ex parentum donis comparavit) nepti suæ Sanctimoniali donare possit?

His Questionibus facile respondere posses, cum Moralis Theologiæ peritus sis, & in Sanctimonialium consuetudinis dirigendis exercitatus: verum cum sententiam meam exquiras, camque Abbatissa ipsa (ut scribis) scire velis, ac sequi; ad singulas interrogationes ordine respondeo.

I. Gravis peccati res est Abbatisa, quod pecunie summam ingentem ex vitalitæ pensionis sue fervaverit, & in commune Monasterii ærarium, seu massam communem non contulerit; cum præsertim superflua esse eidem Domini, quæ omnia religiosis suis usus necessaria ex pensionis illa vitalitæ delibaverat. Si propriam aliquid dederit, vel habere Monachus, aut Monialis sine crimine non potest, quanto minus thesaurizari? Si Christianis omnes spectat, quod Apostolus præcipit, *Habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti sumus*; quanto magis Monachus, & Sanctimoniales? De violato igitur paupertatis voto penitentiam ut agit, hortare, nec ante absolvas, & sacra Eucharistiæ Communionem dones infirmam, quam residuum illam ex pensionibus suis, & parentum donis pecuniam in commune Monasterii ærarium sive depositum intulerit, cum ceteris Abbatisæ bonis considerandum. *Quicquid enim Monachus, vel Sanctimonialis acquiritur*, sive ex pensionibus vitalitæ, sive ex donis parentum, confanguineorum, amicorum, sive ex proprio labore, & industria proveniat, acquiritur Monasterio. Inconculsa regula est, in sacris Canonibus, & in ipsa votum paupertatis substantia fundata.

II. Abbatissa gravi, lethali morbo decumbens refidens illam pecunie summam conferre non potest Monasterio

rio suo, & adjecta conditione; ut lampas altera coram sanctissimo Sacramento perpetuo ardeat, vel ut pro animæ suæ requie certum Missarum numerum post obitum suum celebraretur, aut pauperes aliquot veliantur. Cum enim ea pecunia sit Monasterio jure debita, conferri debet Communitati sine onere. Præterea non potest Abbatisa contractum fundationis (ut loquimur) inter Monasterio suo: si quidem pecuniam habere jure non potest, voto paupertatis repugnans: nec persona moraliter distincta censetur a Communitate, cui præstat, ut cum illa contrahere possit, sed præcipuum ejus membrum.

Accedit, quod condendi testamenti, aut aliquid supremæ voluntate legandi, vel etiam inter vivos donandi facultas Monachis, & Monialibus, etiam Abbatis, & Abbatissis interdicta sit, & repugnet Abbatisa propriis, quæ ita est annexa Regula Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex dispensare valeat. Bona donare, vel legare nemo potest, quorum non est dominus, sive testamentum, sive quælibet alia ratione, etiam ob causas piæ: Monachus porro, & Sanctimonialis sine incapax dominii, adeoque Abbatess, & Abbatissa infimæ vocis obtinent. Impia igitur essent, & sacrilega legata (tamen pie illi cunctis obtemperant) utpote voto paupertatis repugnantis. Quomodo vero conferre aliquid possunt propria voluntate, qui propria voluntatem non habent? Denique id sacris Canonibus, & Legibus diserte vetitum est. Ita S. Gregorius Magnus Epist. 7. Lib. 7. Januario Calaritano Episcopo respondet. *Quia ingratissimis Monasterium convariendi gratia, ultimum nisi sit testamenti licentia, sed res earum ejusdem Monasterii juris sunt, aperta legis delictio est. Quodcumque pene omnibus notum sit, in magna sui Gravitas Abbatisa Monasterii Sanctiorum Gravitas, atque licet non infirmam admirationem perdidit; quæ Sacra Monasterii sui Abbatisam, postquam regendi suscepit officium, condito testamento legita quibusdam assensu reliquit. Necesse est videri nos, tam cum Consiliariis nostris, quam cum aliis hujus civitatis doctoribus, quid esset agendum de lege tractare. Qui tractantes responderunt: Postquam silemms more Abbatissa ab Episcopo ordinatum est, & in Monasterii regimine per annos plurimos usque ad vitam sua transiit præfuit. Non potest Abbatisa præjudicium irrogare, sed res ipsas eodem loco, ex quo illic ingressa, & Abbatisa constituta est, manifeste iure competere. Et ideo quia ex dimissa illicie rebus Xenodochium possessionem astitit indebita detinetur hiis vos horamur assensibus ut quia & Monasterium, & Xenodochium ipsum in vestra et civitate possum, & non curat, ac studio providere debetis: quatenus si possessio ipsa ex nullo precedenti contractu, sed ex memorata Sacra Regula descendit, rediit ad Monasterium, postposito strepitu, vel executione, reddatur. Aliis igitur omnia quæ ex testamento transmittuntur Sacra deinceps, quippe quod nullum esse legalem sanctionem permittitur, necesse est, ut iuri Monasterii, Fraternitatis vestra sollicitudine, sacerdotum per omnia studia repararetur: quia Imperiali Constitutione aperte sancitum est, ut ea, quæ contra legem sunt, non solum iniuria, sed etiam pro infectis habenda sint.*

Potest tamen Abbatissa vivere, & nunc lethali decumbens agriudine, decerere Sororum futurum suffragio, & assensu, ut lampas altera in choro exteriori coram sanctissimo Sacramento jugiter ardeat; in idque piam opus impendantur pecuniaz ex pensionibus suis reditus, atque in eum finem ferventur in commune depositio Monasterii. Communitas enim Religiosa, cujus Abbatissa caput est, jus habet dispensandi bona sua, & in quos visum fuerit pios, ac religiosos usus infundendi, Regula, Constitutionibusque servatis. Quin etiam mihi videtur, Abbatisam, cui jus plene, & liberæ administrationis bonorum temporalium Monasterii traditum est, posse, dum vivit, pauperes aliquos indere, & elemosinas, seu honorarias ad missarum celebrationem suo Monasterii nomine conferre certis Ecclesiis, & Sacerdotibus; modo pia illa opera non retrahantur quasi post ejus obitum ex ejus impedita mandato: quod testamentarium dispositionem sapit. Religiosis demum Communitati prædictis pensionibus sue vitalitæ fructibus, aut pecuniis ex gratuita parentum suorum largitione provenientibus (quæ religinatio integra, simplex, & absoluta esse debet) rogare potest Sorores suas, ut pro levamine, & remedio animæ suæ, cum diem ultimam obierit, Sacra piacularia Deo frequenter offerri curent, & elemosynas erogari: in idque (si videtur) fructus illos pensionum ipsius impendi, si necesse non sint Religiosæ Familiez ad aliendas, & vestendas Sorores, ad æs alienum expungendum, ad ædificia insuandam. Verumtamen id Communitatis dispositioni relinquere debet, & cum omnimoda, & perfecta pecuniâ, si ex proprie voluntatis abdicatione in Domino mori, Chrilianque in summa paupertate pro nobis omnibus mortuum imitari.

III. Nepti suæ ejusdem Monasterii Sanctimoniali donare non potest Abbatisa librum pios, quos sibi magno numero comparavit, & quorum usum illi permittit. Spectata tamen consuetudine Monasterii, librorum illorum usum retinere poterit Religiosa neptis post amicæ obitum, cum Abbatisa. *Natal. Alex. Theol. Tom. 1.*

se futuræ licentiæ: sed eorum dominium sibi vindicare non poterit, quod nec habere potuit amita Abbatissa. Illis itaque alienare, vendere, donare, ut in aliud Monasterium transferre jure non poterit, vel transferatur ipsa vel causa regimini, ac Præfecturæ, vel ob aliam rationem.

VI. Religiose Nepti donare non potest Abbatisa, sive optime valeat, sive periculose. (ut exposit) decumbat, difcos, vel crateres argenteos, annulos ex auro, vel gemmas, horologium pretiosum, alique id genus, tela, vel panni plures ulnas, varimque suppellectilem, sed difci, crateres & familia utensilia, vel instrumenta, & vasa argentea confari debent in usum Sacrarum; annuli, gemmæ, & horologium pretiosum vendi, Altarique decori, & ornamento pretium ex his proventuram applicari, nisi in alios usus magis necessarios ipsum converti iustitia, vel caritas postulet. Suppellectilem necessariam, & religiose statui suo convenientem si neptis non habet, illi ex superflua suppellectile sua providere potest Abbatisa quidem vi vit: si habeat necessariam, & sufficientem, relinquere debet distribuendam, vel ipsa distribuere Sororibus quibus forte deest. Si nulli deest, in communem usum, vel emolumentum Monasterii convertendam tradat Sororibus, quæ officia, & ministeria regularia gerunt, & obeunt. Necessariam suppellectilem dixi, non curiosam, non pretiosam, quæ Monachos & Sanctimonials non decet, nec salvo paupertatis voto ab illis retineri, vel ipsis indulgeri potest.

Monasterii consuetudinem responsum hinc me contrarium si objiciant Sanctimonials, vel Domina Abbatissa: consuetudinem sacris Canonibus, Regulis Monachicis, & votis Religiosis contrariam, corripellas censendam esse doce, ac legem coram Deo non excusantem, cum Christus non dixerit, Ego sum confectus; sed, *Ego sum via, veritas, & vita*. Vale, mei in sancto Altaris Sacrificio memor.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XX.

Alias 74. que autem 20. erat, nunc 37.

Sanctimonialis ex fructibus vitalitæ pensionis suæ, cum Abbatisæ licentia reservatis, creare sibi pensionem non potest, interpositis sacris nominibus.

RELIGIOSO VIRO ***

Oleo plurimum, quod in Monasterio quibusdam Religiosis viri, vel Sanctimonialis ritualibus quidem observantibus, humanique legibus scrupulosè pietate observantur: in multis vero, quæ vota spectant, vixque Monachice substantiam, ac fundamentum, nullum fere scampulum parvitur, colentes calicem, camelum super glutientes. Id probat Quizito, de qua sententiam meam, consiliumque rogat.

Abbatissa quædam (inquit) Sanctimoniali Monasterii sui suppedians abunde necessaria multorum annorum spatium, quibus Domini Religiose præfuit ad obitum usque suum, illi permisit, ut vitalitæ pensionis quinquaginta numerorum argenti monete Gallicæ fructus annuos servaret, atque congereret, post obitum ejusdem Abbatisæ sibi profuturus. Postquam vero e vivis excessit Abbatisa, vult eadem Sanctimonialis constans ex prædictis fructibus summam quatuor millium librarum, interposito fratris sui nomine, donare, seu conferre Monasterio, alienato capitali, & in Monasterii jus, ac dominium penitus translatæ; ea conditione, ut Monasterium eadem Sanctimoniali, quod vivit, solvat pensionem annuam centum quinquaginta librarum, ad incrementum pensionis pristinæ, in religiosis ejus usus expendendam. Querit a Doctoribus, an id liceat, quod licere sibi vellet, & quod ipsi licere quidam Regulares Casuillæ responderunt. De proposita Questione ita cenfco.

Non potest Abbatisa permittere Sanctimoniali prædicte, ut fructus vitalitæ pensionis suæ servaret, ex ipsa summam ingentem pecunie consistere; impossetur sibi profuturam. Nec ea licentia Sanctimoniali a vicio proprietatis immunem præfuit, ut constat ex Cap. Cum ad Monasterium, Extr. De stat. Monachorum. Sanctimoniali prædicte alimenta, & vestimenta, omniaque necessaria ad vitam comode transigendam abunde subministrabantur habita ratione Religiosis istius: nec præsumi poterat ipsi aliquid defuturum post obitum Abbatisæ, cum Monasterium dives sit, in eoque disciplina regularis, quoad hoc etiam caput, accurate servetur, ac Sororibus cum sanis cum infirmis necessaria procurantur, ac subministrantur. Sequi igitur debuit, ac debet Apostoli regulam, *Habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti sumus*. Christi præceptum sequi debuit. *Nolite solliciti esse in crastinum*. Sæde igitur, ut penitentiam agat de præterito; summam vero quatuor millium librarum ex fructibus vitalitæ pensionis suæ consistat, Monasterio suo conferat, seu potius restituat: ipsam enim Monasterii bonorum portio est. Quomobrem fructus annuos, seu reddidit, centum quinquaginta librarum, interpositis fratris sui velut donantis nomine, a Monasterio exigere, aut recipere

Tim. 6. Mat. 6. 34.

Eccce 2 non

Alias 7. que autem 18. erat, nunc 25.

won potest ad incrementum antiquæ pensiois suæ, sine cupiditate, quæ radix malorum omnium est; sine vicio pro-

Alis, qui autem ad ista nunc.

EPISTOLA XXI.

De præparatione, & dispositione ad tonsuram Clericalem.

CLARISSIMO VIRO

Meatus sum vehementer, quod Auctor Anonymus Lillii, qui titulus est: Serapoli adversus Theologiam Patris Alexandri Dominiani Illustrissimo Rothomagensis Archiepiscopi propositi, Gallicæ, Difficillimè propositæ à Mon-

Epist. 2.

x. Cor. 4. 2. Tim. 1.

De Pontifici Romano

In 4. Sent. dist. 24. qu. 3. 2. et 1. q. 1. 5. Cyp. ep. 66.

Secundum quod Auctor nostram hanc sententiam minus prohibet dicere non vereatur, certioribusque principis contrarium. Mirum, quod unus dumtaxat Auctor opinionem esse scripserit, quæ propagari non possit, nisi omnibus Christiani Doctores damnetur. Nimirum præter Carnotensem Ecclesiam, cujus Synodum laudavi anno 1526. celebratam, quæ Cleri candidatos admonet, Ut autem ad Ordines, & primam Tonsuram accedant, diligenter considerentur peccata sua: Sententia: nostræ suffragi-

cur Martinus Navarrus in Tract. De Oratione, & Floris Canonici, Cap. 5. Nam. 15. Compluribus (inquit) qui prima Tonsura, aut quatuor Minoribus initiati, satis fore: ipse Ordinationi die frangere cruram, quam prima Tonsura, aut quatuor Minoribus ordinari: tum quod nulla pravâ Confessione, aut vera Contritione ordinantur in statu peccati mortalis, & consequenter mortaliter peccant. . . . tum quod non se erudiant ad finem debitum, &c. Eandem sententiam tuetur celeberrimus Sorbonæ Doctor, & Professor Hallerius in Libro De Sacris Ordinationibus Tit. de præparatione, & dispositione Ordinandorum, Sectione 4. §. 1. Peccati mortalis reatus (inquit) indigne suscipitur Tonsuram Clericalem adscribendi est. . . . Deo quidem injuriam inferri, qui nulla precedente in Deum conversione, cum tamen ipse totius Hierarchia principum, & caput habeatur, eius se famulatus confecerat, & Hierarchia initiationes sibi, nec se in ipsam tantquam amnis fontionis Ecclesiasticæ scopum dirigit. Ordini vero Clericali contumeliam innot, cuius cum finis sit ad Deum adducere, non potest sine ejus approbo quicumque tum Ordinem ingredi auctus a Deo, & alio iudicio indigens, a quo ad tum redueatur. Tonsuram quoque Clericalem continentem, quam vere a Mundo abstractentem, ad Deum adiacentem accipere possamus; eamque significationis suæ frustratur, qui mundum inquinamentis confuscant, & divinam contemplationibus, ministeriisque impedit, eadem initiari non veretur. Et Cap. 3. §. 6. Nam. 30. Ato jam passim aliquorum inolevit temeritas, & Religiois contemptus, ut non ad Tonsuram modo, verum etiam ad omnes Ordines, solum temporales beneficiis, vel loti, vel honoris gratia se conferant; Tonsuram vero præsertim in tantum sine capessant, abutentes sacra ista designatione in Clerum ad sua commoda; Episcopalem benedictionem ad profanas ambitiones convertentes; Ecclesiæ exhibitionem frustrantes; evocantes mysticæ ceremonie istius sensum; mendaces Ecclesiasticæ, qua in tonsura collatione fundantur, verba; præsertim arguentes; professionem Clericalem remore emittentes; ipsaque prerogativam injuste, ac fraudulenter usurpantes, quos proinde nescio quis a lethali noxia excitari posse, qui iniustitie, sacrilegii, publici mendacii, abususque rei sacre non levis criminibus confusis teneri offendimus. Nulla vox tor crimina velare potest, nulla ratio tueri. Quenim levi materiam casus professionem verisera, venerationem totius Clericatus, provisionem eorum tota Ecclesiæ salute, usurpationem alieni juris, Ordinis Clericatus perturbationem? Quis adeo perfida frontis, ac defendere aut deat leve crimen esse ambitionem illam, & ad avaritiam, qua sacro Ritui contra Ecclesiæ intentionem in sua commoda, honoresque detorqueat? Quis non illud crimine sacrilegiæ remittit arguat, per quod publici benedictio, equæ mystica, casta, mystice vacua, ianici, instructa reddatur, ita ut, quod gravius etiam est, in pluribus mendaci conari possit? Quis non mendaciam in Spiritum Sanctum publicam illam Clericali paritatis professionem, qua se Deo, spectantibus Angelis, audientibus Sanctis, significationem firmant Ecclesiæ, acceptamque habentis Episcopo, esse credat, si ab eo discordat profertim animus?

Eadem erit Illustrissimi Harduini Prefixi Parisiensis Archiepiscopi Sententia, ut conatit ex ejus Statuto die 16. Maii, anni 1664. conditio de dispositionibus ad Tonsuram, quo rectam, piamque intentionem in eis, qui illam suscipiant, necessariam esse declarat, ut divina vocatione, & inspiratione, non parentum impulsu, aut intuitu commodi alicujus temporalis in Clerum coopari velint; addidit: Ad sacram illam Conversationis frequentibus, ac ferventibus orationibus se præparet, susceptione Sacramenti penitentia, & divini operibus, ut Deum sibi propitium reddant, & gratias sibi necessarias ad illo impetrant.

Eadem est Eminentissimi Cardinalis D. D. Antonii Ludovici de Noailles, qui Parisiensis Ecclesiæ Sacris modo tanta pietate, & prudentia, vigilantia, & zelo præest, sententia, ut conatit ex ejus Constitutione edita die prima Octobris 1696. quæ & Perfixi Archiepiscopi statutum confirmat, & alia quaedam deernit, ac præcipit ad eorum examen, & probationem, qui prima Tonsura iniciandi sunt. Hac est (inquit) prima Sanctorum Janua, que aditus ad Ordines aperit, qui tribuit ad Ecclesiasticam Beneficentiam, ac sape ab Episcopis Ordinationem, & Regimen animarum pro indagis extorqueat, qui cum primum prævos affectus suos elaverint, jubinde tales se prodant, quales re ipsa sunt, in opprobrium Characteris sui, & in perniciem animarum illis committuntur. Quamobrem nimia intelligentia adhiberi non potest in eorum examine, qui ad statutum Ecclesiasticum admittuntur; si quidem agit de Dei gloria, de Ecclesiæ honore, de bono animarum, de perditione temporalis, & æternæ Clericorum, frequentet etiam familiarum. Quid Deo injuriosum, quam ut profitentur Dominum hereditatiam suam esse, qui bona dumtaxat temporalia habent? Quid Ecclesiæ contumeliosum, quam habere Ministros, qui scandalo sunt, & offensivi, non adificationi; qui & scilicet, & ministerium suam contempti exponunt? &c.

Et principio mittit Propositio, quam propugno, quod situr

Euchol. Giac.

Apol. Guilliel. Abb. c. 16.

Epist. 2.

Epist. 60. Alis 76. Autcliam. Heb. 7.

Ep. 2.

Fal. 112.

siat (ex S. Thomæ sententia) ut primam quis rationis usum attingat, teneatur ad Deum sese convertere, ac dirigere, atque sibi omnium salutem suam finem præstitueret: tum vero maxime, cum perfectionis etiam in aliis distandanda iterum ingreditur, ac proficitur. Quid adversus tam firmum principium objicit Anonymus? Fictitia duntaxat incommoda. Sequere, inquit, lethalis peccati reum esse, qui Monasticum habitum suscipit, & Religiosam Professionem emittit extra gratiam statum, & quod longe magis stupendum est) novum peccatum, idque mortale committere, qui Senatoris Officium suscipit, qui fit Miles, aut Medicus, &c. cum conscientiam habet peccato contaminatam.

Graviter quidem peccat, qui Religiosam habitum suscipit in statu mortalitatis peccati positus, absque ullo animi penitentis affectu. Horrendæ hypocrisis reus est, qui sumit vestimentum ovium, cum sit intrinsecus lupus rapax, qui Habitum Angelicum, & Christi indigna recipit, cum nihilominus demoni ferviat, & ad ejus familiam pertinet; qui habitum induit penitentia, sine penitentia peccatorum; qui vitam Religiosam proficitur, Deoque sollemnibus votis se consecrat, nec tamen in ejus gratiam se restitit prius curat, si ab ea exciderit, hunc novi peccati mortalitatis reum ferri minime dubitaverim. Deo namque Sacrificium exterius offert, non se ipsum. Impium Cainum imitatur, qui cum suo Domino bona offerret, se ipsum fini retinebat, ideoque Sacrificium illius reprobum est. Ingenuæ & eritimum Religionis studium plane irreligiosum, & sacrilegum exequitur. Abominatio est Domino cum votis suis, qui magis impius (inquit S. Bernardus) an profertis impietatem, ab manibus sanctitatem? Nonne ii, qui etiam mendaciam addens, geminat impietatem? Verum etiam moralem dispositionem, ac vitæ puritatem requirit certum est, ut ad statum Ecclesiasticum aliqui admittatur, quæ ut ad Monasticum. Hic enim penitentia, ille perfectio illam debent. Ad perfectionem tendere debent Religiosi; ad illam pervenire oportet Viri Ecclesiastici. Vita Religiosa status est perfectionis acquirenda. Vita Clericorum status est perfectionis acquirenda, siquidem ex sui officio aliorum sanctificationem, & perfectionem procurare illis incumbit. Sic vixit in Monasterio, ut Clericus esse mereatur (ait S. Hieronymus.) Antiqui certe Canonici homines, qui crimina in seculo commiserunt, ad Clericum promoveri vetant, quamvis ea in Monasterio expiaverint. Ita sanxit Gelasius I. in Epistola ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios constituta, & relectur Canone, Prefixi, Dist. 55. si quis inquit, Monasterialibus disciplinis exultans ad Clericalem minus accedat, etiam de Levis adnotat: ejus vita requiritur, ne sit aliquo facinore infectus. . . . vel ab adolescentia fornicatus, vel publica Peccatorum notarius.

Quocirca S. Augustinus ex Monachis, non nisi probationem, atque meliores in Clerum assumere soletat. . . . Cum aliquando etiam bonus Monachus vix bonum Clericum faciat, si ad se sufficiens continentia, & tamen hæsit instructio necessaria, aut persona regulari integras. Christiani singulari quodam ratione imitari debent Clerici Pontificum sanctum, innocentem, impollutam, segregatam a peccatoribus, & excellens cultus factum. Deo grati esse debent, qui ad eum statum ascendant, in quo mediatores ex officio inter Deum, & homines constituuntur, ut pro illorum cum Deo reconciliatione intercedant. Va enim minister infidelium, qui nequam reconciliat, reconciliationis alienæ negotia, quasi homines, qui iustitiam fecerint, apprehendunt. Va filius iræ, qui se minister gratia præfertur. Va filius iræ, qui fideles esse mediatores pacis, ut peccata populi comedant, mensuratur. Va, qui ambulantes in carne, Deo placere non possunt; & placere velle presumunt. Verba sunt Sancti Bernardi in Tract. De conversione ad Clericos, cap. 19.

Quod vero ex principio à meposito colligit Anonymus, hominem, qui peccato mortali contaminatus sit Senator, Medicus, aut Miles, novum peccatum mortale committere, id minime consequens est: quæ enim comparatio Ecclesiæ cum Prætorio, Medicinæ animarum cum Medicis corporum, militiæ terrenæ cum spirituali, conditionis, ac professionis civilis, profana, secularis cum statu facti? Ne Officium Clericatus genus antiquæ Militiæ putet (inquit S. Hieronymus.) Ex principio nostro id unum inferri potest, eum, qui Senatoris officium, aut similem Magistratum suscipere, vel qui medicatur, aut negotiationem vult profecti, ut exerceat, ut Militia nomen dire, ad Deum prius convertere se debere per actum contritionis, & caritatis. Hæc vero consuetudo tantum adest, ut incommoda censei debeat, qui potius saluberrima veritas est, fidelibus prædicanda. Nonne enim vero conditiones illas, & professiones vitæ civilis Christiano animo eligere debent propter Dei gloriam, & sanctificationem animarum suarum? Nonne a Deo lumen, & auxilium gratia ipsius humilium, & ferventi oratione postulatur, ut sciant, quid ipsi acceptum sit, quid suæ salutis conducibile? Nonne cum Propheta precari hunc in modum, Notam fac mihi viam, in qua ambulam, quia ad te levavi animam meam. . . . Doce me facere voluntatem

tuum, quia Deus meus es tu. . . Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam? Cum enim cogitationes mortales timide sint, & incertæ providentiæ nostræ, neficium, quid saluti nostræ expediat, nisi Dei voluntatem fidelio exploremus. Ad ipsum ergo confugiendum est, ut illuminet tenebras nostras, ut donum Consilii nobis tribuat, ne statum, aut conditionem, sine professionem eligamus; quæ nobis sit occasio peccati, & æternæ damnationis. Gratiam nobis necessariam debemus implorare in tanti momenti negotio. Hanc vero nemo homo impetrat, nisi a Deo postulet, ut oportet; non postulat ut oportet, nisi peccati lethalis affectum deposuerit, & ad Deum animo penitente sit conversus, peccatores enim Deus non audit, sed si quis Joan. 9. 31. Deī cultor est, & voluntatem ejus facit hanc exaudiri. Quod si Christiani hominis officium est ad Deum converteri per actum contritionis, & caritatis, cum statum, aut conditionem civilem eligit; multo magis ad id teneatur, cum Deo se devotum in statu Ecclesiastico, & in statu perfectionis: longeq; gravioris peccati reus est, qui sacrum illum statum impetentis amplectitur.

Addiderim, Senatorium Dignitatem, Medicinæ professionem, Militiam, proprie status non esse, sed varias vitæ civilis conditiones. Ad statum enim requiritur immobilitas in eo, quod perstat ad rationem personæ (inquit S. Thomas.) At Senator, Miles, Medicus, Mercator hujusmodi conditiones mutare possunt: Ordo vero Clericalis mera conditio non est, quam ad tempus eligere possit homo commodi alicujus temporalis intuitu, & pro subito deserere; sed status est Hierarchicus, ad quem Ecclesiæ neminem admittere intendit; nisi, qui a Deo legitime vocatus, in eo perseverare velit, & cum Dei gratia se perseveraturum speret. Unde status Ecclesiasticus desertionem, etiam a minoribus Clericis, ut veram apostasiam spectabat olim, & paniebat Ecclesiæ.

Rhemenæ Concilium anno millesimo quadragesimo nono præfide Leone Nono Pontifice Maximo, Canone statuit, Ne quis Clericus, vel Monachus a suo gradu apostatet. Nicolaus II. in Concilio Romano anno millesimo quinquagesimo nono Decretum edidit adversus Clericos sacre Militiæ desertores, quos Juliani Apathia imitatores vocat, qui cum Ecclesiæ Lector esset, Clericatum simul, & Religionem Christianam ejuvit. De his autem Clericis, Epist. 2. qui Tonsuram praeiciunt, & a Clericatu recedunt, quos apostatas Julianis iure vocamus, statimus, ut nisi ad professionem Clericalem redierint, omni Christiana communione priventur.

Idem sanxerunt Concilia, Rothomagensis anno millesimo sepagesimo secundo, Canone undecimo; Londinensium anno millesimo centesimo secundo, Canone pariter undecimo; & Tolosanum anno millesimo centesimo decimo nono, Canone decimo.

Concilium Trid. lege lata prohibuit, Ne prima Tonsura iniuriantur, de quibus probabilis conjectura non sit, eos, ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vita genus elegisse. Concilium Burdigalense anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio, cap. 14. addit: Ut Deo fidelem, & perpetuum cultum præstent.

S. Carolus Borromeus in Concilio quarto Mediolanensi P. 2. Tit. De his, quæ pertinent ad Sacramentum Ordinis, statuit, ut qui prima Tonsura vel initiati, testimonium afferat, Spem esse se in Clericali Ordinis disciplina permanuram. Hæc vero testimonium a Parocho, aut ab eo Sacrorum habeat, cui ab Episcopo in disciplina traditus est; præquam Clericali Ordinis suscipiendi animam, voluntatemque ei patrefcit.

Navarrus magna laude dignos esse Episcopos scribit, qui Deo Orat. & primam Tonsuram, & quatuor Minores non conferant, nisi ei, qui per se, si fuerit adultus, aut per parentes, si puer, juraverit se velle ad Majores legitimum tempore ascendere. Ex his omnibus perspicuum est, quam absurda sit comparatio, quam instituit Auctor Anonymus inter electionem forensis Officii, aut Militiæ, vel aliarum vitæ civilis conditionem, & ingressum status Ecclesiasticum per primam Tonsuram: & quam sit non solum a Christiana pietate, sed etiam a recta ratione alienum propagare, majorem contentiam puritatem in eo non requiri, qui in facto isto Deo se devotum, quam in illo, qui Senator, Medicus, vel Miles fieri velit. De hujusmodi commenti absurditate ipse judicabis. Vale.

Lutetia Parisiorum.

EPISTOLA XXII.

De peccato Clericorum alea ludentium, aut ludis aleatoris spectantium.

VIRO CLARISSIMO ***

Quod humaniter ad me scribis, paullo severiorem nonnullis Clericis videri possit a me Regulam Theologiae Dogmaticae, & Moralis Tom. 5. in Tract. De Sacramento Ordinis, Cap. 5. De vita, & honestate Clericorum, quae Clericos ludis aleatoris absque gravi crimine ludere non posse dixi, vel ludentes studiose spectare, jam aliam de acceperam, scilicet ex libello Auctoris Anonymi vernaculo idiomate conscripti, cui titulus est: Serupulus contra Theologiam Dogmaticam Patris Alexandri. Objicit porro dario rem esse, immo improbabilem opinionem, quae lethalis peccati reum censet Clericum, qui virum aut famulum nohilem urbanitatis, vel negotii causa conveniens, ludentes invenit, nisi statim oculos avertat, sine mora & domo exeat.

Verum Regula, quam tradidi, ad illam speciem non pertinet. Iud enim aleatori spectatores non sunt, si proprie, & canonicè loquamur, qui scientes volentes non adant domos, aut societates, in quibus alea luditur, aut in eis forte non morantur eo fine, ut huiusmodi ludis intersint: sed qui ex conditioe, & deliberata voluntate, absque necessitate, eo se conferunt ubi alea luditur, ut eo spectaculo avidos pascant oculos, quo Deus offenditur, qui ludentibus favent, usque applaudunt, qui eorum cupiditate insistant, qui denique praesentis sua ludo prohibiti conciliant auctoritatem. Hos autem graviter peccare scire dixi, cum in materia gravi transgrediantur Canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos. Id a me probatum est ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. Canone 16. relato Cap. Clerici, Extra, De vita, & honestate Clericorum; ex Glossa ibidem; ex Cap. Inter dilectos, Extra, De excessibus Praeceptorum; ex Novella 122. Iulianiani Imp. & Concilio Tridentino anteriori Ecclesiae Decreta circa vitam, & honestatem Clericorum, & nominatim circa aleas, & lusus renovante Sessione 22. Cap. 1. De Reformatione; ex Concilio Mediolanensi primos; & ex Mericano, nec non ex S. Raymundi auctoritate. Horum verba cum protulerim in eo Theologiae nostrae Dogmaticae, & Moralis tractatu, quem penes te habes, ea hic repetere superfluum foret. Addere possum ad cumulum.

Conc. Senonense anno 1528. in Decretis Morum, c. 25. ubi de Clericis: A ludo (inquit) alearum, aliisque, qui a se forte pendunt abstinent: neque ludensium fautores, spectatores, aut testes existant.

Conc. Narbonense anno 1551. Can. 18. Cum exatit inter homines temporis Deo reddenda sit ratio, Clericosque (in primis) Divus Paulus movens, ut quodcumque faciunt in verbo, aut in opere, in nomine Domini nostri Jesu Christi faciant, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum, non ad oculum servientes, sed in simplicitate cordis timentes Deum: cumque eorum modestiam omnibus notam esse velit, innumera autem sortes ex aleis contrabuntur: ruerit haec Synodus, ut esset, & omne alea genus, praesertim publice vitent: ludisque huiusmodi permitti non utantur, neque intersint, ne ut supra puniantur.

Conc. Aqueense 1585. Tit. De vita, & honestate Clericorum; Cap. 9. Ne pagellis pibus, aut alea, aliove huiusmodi ludo genere ludant, aut ludentes spectent.

Conc. Mechliniense 1607. Tit. 18. De vita, & honestate Clericorum; Cap. 6. Et generaliter quaecumque a sacris Canonibus praesertim Concilio Tridentino de vita, & honestate, & modestia Clericorum retinenda, & simul de luxu, lusu, & quibuscumque criminibus vitandis sancita sunt, eadem omnia sub eisdem panis, tanquam hic repetita, haec Synodus fieri mandat.

Statuta Sissidii Coloniensis Archiepiscopi, Tit. De vita, & honestate Clericorum: Item ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Haec Statuta repetita sunt, & confirmata in Concilio Provinciali Coloniensi anno 1310.

Synodus Nemausensis anni 1289. Tit. De Vita, & honestate Clericorum. Ad aleas, & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint.

Synodus Carnotenensis 1526. Clerici a ludo alearum, & taxillorum, & similibus, qui in seorsum praevalent, sic abstinent, ut neque etiam aliis ludentibus fautores, aut testes intersint.

Statuta Synodalia Stephani Poncherii Parisiensis Episcopi: Clerici tabernas praefros evitent, nec etiam aleas, taxillos, charitas, & ne ludere conspiciant, prohibemus. Idem vetant Statuta Synodalia Illustrissimi, ac Religiosissimi D. Antonii Ludovici de Noailles Archiepiscopi Parisiensis anno 1696. edita.

His adde Statuta Synodalia Petri de Colle-medio Rothomagensis Archiepiscopi &c.

